

LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.

Št. VI.

Vsebina: 44. Motu proprio Pii Papae X. de musicae sacrae restauratione. — 45. Motu proprio papeža Pija X. o preosnovi cerkvene glasbe. — 46. Decretum S. R. C. de Motu proprio circa musicam sacram. — 47. Decretum S. R. C. circa beatificationem seu declarationem martyrii servorum Dei Marci Crisini, Stephani Pongracz et Melchioris Grodecz. — 48. Decretum II. S. R. C. in eadem causa. — 49. Duhovne vaje. — 50. P. T. gospodom duhovnikom. — 51. Konkurni razpis. — 52. Škofijska kronika.

1904.

44.

MOTU PROPRIO DE MUSICAE SACRAE RESTAURATIONE. PIUS PP. X.

Inter muneris pastoralis sollicitudines non Supremae huius Cathedrae tantum, ad quam inscrutabili Providentiae consilio, licet indigni, advecti fuimus, sed et uniuscuiusque particularis Ecclesiae, praecipua procul dubio est illa, decorem domus Dei asservandi promovendique, ubi religionis augusta celebrantur mysteria, ubi populus christianus ad Sacramentorum gratiam percipiendam, ad Sanctum Altaris sacrificium, ad augustissimum Corporis Christi Sacramentum adorandum, et ad communes Ecclesiae preces, ope publici solemnisque liturgici officii, cogitur. Itaque, in templo nihil, quod fidelium pietatem devotionemque, quoquo modo, exturbare, vel solum imminuere queat, nihil, quod taedii, aut scandali occasionem praebeat vel offendiculo sit, eoque ipso domum orationis et divinae Maiestatis deceat, fas est occurrere.

De singulis abusibus, qui huc spectare dignoscuntur, in animo non est, aliquid, vel breviter, pertinere. In praesentiarum, unum, intentio Nostra, inter magis frequentes, animadvertit, proptereaque inter difficiliores, qui radicitus evellatur, de quo, interdum eodem conqueri debet, ubi cetera omnia, ob venustatem et magnificentiam templi, ob caeremoniarum fulgorem et ordinem, numeris omnibus absolutum, ob cleri frequentiam et celebrantium ministrorum, quavis ex parte, summis sunt laudibus prosequenda. Hic abusus, de quo est sermo, cantum et musicam sacram attingit. Et revera; vel ex huius artis natura, vel ex progrediente delectationis et consuetudinis mutabilitate, vel ex funesto influxu a profana et theatri arte super arte sacra, vel

ex proveniente delectamine, quod difficulter in iusto termino valeat coarctari, vel ob detrimenta non pauca, quae, hac in disciplina, facile insinuantur, et, progressu temporis, a pollutibus auctoritate piisque personis, tenaciter conservantur, assiduus habetur aberrandi nisus a recta lege, a fine statuta, ob quem ars ipsa in sacri cultus ministerio admittitur, et praeclare expressa est in ecclesiasticis notificationibus, in conciliorum oecumenicorum et provincialium praescriptis, atque in Decretis, saepe saepius, a sacris Romanis Congregationibus emanatis.

Animi Nostri satisfactione iucundamur, dum, quae hoc ex capite, postremis elapsis decenniis, optime peracta consideramus, tum in hac Nostra alma Urbe, tum in multis patriae Nostrae Ecclesiis, verum, peculiari prorsus ratione, penes quasdam nationes, in quibus, illustres et divini cultus zelo flagrant homines, huius Sanctae Sedis approbatione donati, et sub Episcoporum moderamine, florentes iniere Societates, et, fere in omnibus Ecclesiis suis, vel Oratoriis, musicae sacrae pristinum instauravere honorem. Attamen ab omnium consuetudine, hoc bonum valde adhucdum recedit, nam si experientia Nostra personali hac de re consulimus, et plurimis quaerimoniis, undique Nobis prolatis, in hac brevi temporis periodo, ex qua, Domino placuit Personam Nostram ad supremum Romani Pontificatus apicem evehere, animum intendimus, nulla interposita mora, officii nostri esse debitum autumamus, vocem confestim levare, ac omne id reprobare ac damnare, quod, divino cultui et ecclesiasticis functionibus et rectae

legi praedictae, absonum reperitur. Et quum, re ipsa, desiderio flagremus, ut christianus spiritus omnifariam reflorescat, et in omnibus Christifidelibus conservetur, templi sanctitati et dignitati in primis est consulendum, quo, fideles ad eundem spiritum, a primo et non relaxabili fonte, adipiscendum, idest, ab activa divinorum mysteriorum participatione, et communi solemnique Ecclesiae deprecatione, conveniunt. Et necququam coeli benedictio copiosa attenditur, dum obsequia nostra, non iam suavitate differunt odoris, ad Altissimum conscendunt, quin potius flagella in manu Domini tradunt, quibus, alias, Redemptor divinus impios profanatores e templo expulit.

Quamobrem, ne quis posthac excusationem afferre valeat super clara officii sui cognitione, et in rerum iam praescriptarum interpretatione quaelibet auferatur cunctatio, conveniens existimavimus, principia musicam sacram in divini cultus functionibus ordinantia, synopsis quadam generali, praecipuas Ecclesiae praescriptiones contra frequentiores in hac materia abusus, perstringere. Proinde, motu proprio, et certa scientia, hanc Nostram *Instructionem* publici iuris facimus, cui, quasi *codici Musicae sacrae iuridico*, ex Nostrae Apostolicae Auctoritatis plenitudine, sanctionem damus legis, praesenti Nostro Chirographo, religiosiorem omnibus observantiam, mandantes.

Instructio super Musica Sacra.

I.

Principia generalia.

1. Musica sacra, qua pars integralis solemnium liturgiarum, finis generalis particeps est, qui gloriam Dei et fidelium sanctificationem aedificationemque respicit. Ipsa ad decorem et caeremoniarum ecclesiasticarum augendum splendorem contendit, et quia Musicae praecipuum officium illud est, textum liturgicum, quod intellectui fidelium proponitur, apta exornare melodia, ita finis praecipuus Musicae est, eidem textui, maiorem adjicere efficaciam, qua fideles ad devotionem expeditius alliciantur, eoque melius, ad gratiae fructus, qui sunt sacrorum mysteriorum celebrationis proprii, in se suscipiendos, disponantur.

2. Propterea Musica sacra illas qualitates, quae liturgiae conveniunt, in gradu optimo, atque *sanctitatem et excellentiam formarum* strictim praesefere debet, ex quibus alter character eiusdem, scilicet *universalitas* promanet.

Sancta quum sit, quamlibet profanitatem non solum in se ipsa debet remove, verum etiam in ratione, qua ab executoribus proponitur.

Ars vera sit, secus enim efficacia illa in animo auditorum frustraretur, quam Ecclesia in sua liturgia amplectens sonituum artem, assequi intendit.

Ast insimul *ars universalis* sit, hoc quidem sensu, quod, etsi cuivis nationi concedatur in ecclesiasticis cantilenis peculiaribus illis uti formis, quae, quodammodo, specificum musicae characterem, eidem nationi proprium, constituunt, formas ipsas tamen musicae sacrae generalibus characteribus tali ratione necessum est subijcere, ut nemo quispiam alterius nationis, in earum auditione, animum ingrata percussione, experiatur.

II.

Genera musicae sacrae.

3. Hae qualitates, in cantu gregoriano praeclare inveniuntur, qui, propterea cantus proprius Ecclesiae Romanae est, unicus cantus ab antiquis patribus in haereditatem ab ipsa receptus, et in suis liturgicis codicibus sollicito custoditus, quemque qua suum, fidelibus directim ipsa proponit, quemque in nonnullis liturgiae partibus exclusive praescribit, quemque studia recentiora pristinae integritati ac puritati feliciter reddiderunt.

His de causis, cantus gregorianus habitus est qua optimum musicae sacrae exemplar, proindeque, jure merito, sequens norma generalis stabilienda venit: *musicalis compositio ecclesiastica eo magis sacra est et liturgica, quo magis, in actione, in inspiratione, et in sapore, cantilenae gregorianae accedit, et eo minus templo est digna, quo magis, ab illo supremo exemplari, difformis dignoscitur.*

Antiquus cantus gregorianus traditionalis itaque in divini cultus functionibus diffuse erit restituendus, et ab omnibus id pro certo habeatur, ecclesiasticam functionem nil iacturae in sua solemnitate esse passuram, quamvis solo cantu gregoriano perficiatur.

Potissimum in populi assuetudinem cantus restituitur, ut fideles, rursus partem activam in sacris functionibus assumant, prouti antiquitus moris erat.

4. Enunciatis qualitatibus, praeclare quidem, polytonia classica, praesertim Scholae Romanae, potitur, quae saeculo decimo sexto culmen perfectionis, Petri Aloysii e Palestrina opera est assecuta, et progressu quoque temporis, compositiones exquisiti meriti liturgici et musicalis, protulit. Polytonia classica, archetypo supremo cuiusvis musicae sacrae, cantui videlicet gregoriano, perbelle accedit, eaque de causa, in solemnioribus Ecclesiae functionibus Cappellae Pontificiae, cantui gregoriano cooptari meruit. Haec igitur, uberime, in ecclesiasticis functionibus restituenda erit, praesertim in insignioribus Basilicis, in Cathedralibus Ecclesiis, in Seminariorum caeterorumque ecclesiasticorum institutorum Oratoriis, quae mediis pollent.

5. Omni tempore, artium progressum Ecclesia magni fecit, favitque quidquid ab humano ingenio, in saeculorum decursu, boni pulchrique detectum est, in

cultus ministerium admittens, legibus liturgicis, tamen, iugiter servatis. Consequenter, recentior musica in Ecclesia pariter admittitur, quum et ipsa, compositiones magni pretii, serietatis et gravitatis exhibeat, quaeque, ex integro, liturgicis respondent functionibus.

Nihilosecius, quum recens musica, praecipue in usum profanum assumatur, maximas urget conferre curas, ut, recentioris styli compositiones, argumentorum theatralium non proferant recordationes, neque in forma earum externa, ad instar profanarum compositionum, deducantur.

6. Inter varia musicae modernae genera, stylus theatralis, qui, saeculo ultimo elapso, in Italia praesertim fuit adhibitus, ad sacras comitandas functiones ineptus visus est. Supte natura, hoc musicae genus, cantui gregoriano et classicae polyfoniae, proinde principaliori normae cuiusvis bonae musicae sacrae, directissime opponitur. Insuper, interior structura, rythmus, et huius styli pactio, nonnisi aegre, verae musicae exigentiis, flectuntur.

III.

Textus liturgicus.

7. Lingua latina Ecclesiae propria est. Idcirco in solemnibus liturgicis functionibus, quaevis cantilena, vulgari idiomate conscripta, prohibetur, eoque magis, partium variabilium seu communium Missae, vel officii, cantus in vulgari idiomate, interdicitur.

8. Quum, pro quavis functione liturgica, textus, qui musices numeris conscribi valent, et ordo, quo proponi debent, determinati sint, haud licet talem ordinem perturbare, neque textus praescriptos commutare, neque, ex toto, vel in parte omittere, nisi forsitan, Rubricae liturgicae Organi usum ad supplementum quorundam versuum, permittant, eo tempore, quo versus ipsi a Choro simpliciter recitantur. Iuxta Romanae Ecclesiae consuetudinem, Mocketum in SS. Sacramenti honorem, post *Benedictus*, in Missa solemnii, cantare licet. Item, post decantationes praescripti Offertorii Missae, permittitur, ut breve quoddam Mocketum, super verbis ab Ecclesia approbatis, decantari valeat.

9. Textus liturgicus prouti in libris coordinatur, sine immutatione verborum, vel postpositione, sine repetitionibus indebitis, sine syllabarum abruptione, et iugiter modo claro et captui adstantium fidelium accomodato, decantetur.

IV.

Forma externa sacrarum compositionum.

10. Partes singulae Missae et officii, etiam harmoniae numeris conscriptae, conceptum et formam conservent illis ab ecclesiastica traditione datas, quaeque, apprime, in cantu gregoriano enunciatur. Proinde diversa

ratione, musicis numeris, conscribendus est *Introitus, gradualis, antiphona, psalmus, hymnus, Gloria in excelsis* etc.

11. Particulatim sequentes observentur normae:

a) *Kyrie, Gloria, Credo* etc. Missae, compositionis unitatem, quae textui est propria, retinere debent. Igitur, non licet hos cantus, disjunctis fragmentis, componere, ita, ut quodvis eorum fragmentorum compositionem musicalem perfectam exhibeat, quae a reliquo se jungi, et alia cum compositione substitui valeat.

b) In Vesperarum officio, ordinarie, observanda est norma *Caereimonialis Episcoporum*, quod, pro psalmodia, cantum gregorianum praescribit, et musicam figuratam pro versibus *Gloria Patria*, et pro hymno, permittit.

In maioribus solemnitatibus tamen, licet cantum gregorianum, Chori alternis vocibus, cum, ita nuncupato, depresso musicae concentu (*feaux bordon*) vel cum versibus in eius similitudinem, apte conscriptis, proponere.

Interdum etiam permitti poterit, ut singuli psalmi, ex integro, harmonice conscripti, exequantur, dummodo in talibus compositionibus, forma, psalmodiae propria, conservetur; idest, dummodo cantores inter se psallere videantur phrasibus vel novis, vel a cantu gregoriano, vel, ad imitationem eiusdem, desumptis.

Idcirco, in posterum psalmi concentum facientes, proscribuntur et prohibentur.

In Ecclesiae hymnis, forma a traditione hymnis tributa, conservetur. Proinde non licet, exempli gratia, stropham „*Tantum ergo*“ musicis numeris componere ad instar musicalium pensorum, cui: *romanza, vel cavatina, vel adagio*, nomen est inditum, et stropham „*Genitori*“ compositionem motu hilari producendam exarare. Antiphonae Vesperarum, ordinarie, melodia illis propria, proponantur. Quodsi, aliquo in casu particulari, musices numeris aptatae, decantentur, nunquam fas erit, easdem, melodiam concertus, neque Mocketi exemplar, vel melos praeferre.

V.

Cantores.

12. Exceptis melodiis Celebrantis ad altare et ministrorum, quae, in cantu gregoriano, absque Organi modulatione proponi debent, reliquum totum, quod cantus gregorianus complectitur, choro levitarum est proprium, idcirco cantores Ecclesiae, si laici sint, vices ecclesiastici chori reapse gerunt. Ideo cantilena, quae ab ipsis proponuntur, characterem musicae choralis, in earum potiore parte, conservare debent. Hac praescriptione tamen, cantilena, ab unico exhibitae Cantore, non excluduntur. Sed haec unica vox, nullatenus fas est primum in functione locum tenere, ita, ut maior

pars liturgici textus, tali ratione, exequatur; sed potius characterem simplicis nutus, seu melodici praesegminis, proferat, et, strictim, ad reliquam compositionis structuram, formam chori habentem, connectatur.

13. Ex hoc principio consequitur, Cantores in Ecclesia verum officium liturgicum tenere, proinde mulieres, quum talis muneris sint incapaces, in chori, aut cappellae musicalis subsidium, admitti non posse.

Igitur, si acutis vocibus Sopranorum Altorumque uti placeat, partes hae, iuxta vetustum Ecclesiae morem, a pueris sustineri debebunt.

14. Postremo, in Ecclesiae musicali cappella, non nisi probatae pietatis et integritatis vitae homines admittantur, qui, corporis modestia, devotaque corporis compositione, sacro munere, quod in functionibus liturgicis, explent, digni habeantur. Convenit etiam cantoribus, dum munia sua in Ecclesia exercent, habitu ecclesiastico et superpelliceo indui; quodsi in tribuna, conspectui populi nimis exposita, sistunt, cratibus defendantur.

VI.

Organum et instrumenta musicalia.

15. Quamvis Ecclesiae musica conveniens, sit vocalis, tamen musica, comitante etiam Organo, permittitur. In aliquo casu particulari, debita moderatione, servatisque aptis respectibus, et alia musicalia instrumenta admitti poterunt, ast semper, de speciali Ordinarii licentia, iuxta *Caeremonialis Episcoporum* praescriptum.

16. Et quum cantus primum locum tenere debeat, ita, Organum et cetera musicalia instrumenta, cantum ipsum iuvare et numquam opprimere debent.

17. Non licet cantui prolixa praeludia praemittere, vel interludiis, illum intercipere.

18. Organi sonus, in cantus deductione, in praeludiis, in interludiis et similibus, non tantum iuxta propriam huius instrumenti naturam est proferendus, sed omnes qualitates, quibus musica sacra pollet, et iam, in antecessum, enumeratis, praesefere debet.

19. Cymbali usus in Ecclesia interdicitur, et etiam fragosorum instrumentorum, vel levium, prout: parvum tympanum, grande tympanum, patellae, campanulae, et similia.

20. Usus concentus flantium instrumentorum in Ecclesia stricte interdicitur: solum in aliquo peculiari casu, praevio Ordinarii consensu, licebit delectum flantium instrumentorum numerum, spatio Ecclesiae commensuratum, admittere, dummodo compositio musicalis, proferenda, styli gravitate, congruentia, et ad organici styli similitudinem perstricta, eniteat.

21. In processionibus extra Ecclesiam, concentus flantium instrumentorum permitti potest, dummodo compositiones profanae excludantur. Desiderabile foret in

tali occasione, ut concentus musicalis, ad comitandum canticum spirituale in latino vel vulgari idiomate propositum a cantoribus, vel a piis sodalitiis accedentibus ad processionem, cogeretur.

VII.

Musicae liturgicae amplitudo.

22. Cantus vel sonitus ergo, non licet, ultra id, quod caeremonia liturgica postulat, Sacerdotem ad Altare immorari facere. Iuxta ecclesiasticas praescriptiones, trysagium *Sanctus* in Missa, ante elevationem absolvi debet, et hoc sub obtutu, etiam Celebrans ad Cantores prospiciat. *Gloria* et *Credo* iuxta gregorianam traditionem, respectiva brevitate donentur.

23. Generatim qua gravissima desuetudo damanda est illa, vi cuius, in ecclesiasticis functionibus, liturgia secundo loco ponitur, et quasi musicae mancipium appareat, dum musica, simpliciter pars est liturgiae, et humilis administra.

VIII.

Media praecipua.

24. Pro diligente harum praescriptionum executione, Episcopi, nisi hoc iam peregerint, in suis Dioecibus commissionem peculiarem personarum in rebus Musicam sacram spectantibus, instituant, cui, modo opportuniore, munus invigilandi super musicis in Ecclesiis exequendis, demandetur, quaeque, non solum ad musicae congruentiam sed etiam ad vires cantorum, et ad perfectam executionem, animum intendant.

25. In Seminariis clericorum et ecclesiasticis institutis, iuxta tridentinas praescriptiones, ab omnibus, assidue et amanter, cantus gregorianus, ex traditione habitus, excolatur, et Superiores, hac in parte aemulatione, laudibus, animum alumnorum alacriter excitare satagant. Eodem modo, ubi hoc fieri potest, inter Clericos promoveatur institutum *Scholae Cantorum* ad sacrae polyfoniae et bonae musicae liturgicae executionem assequendam.

26. In praelectionibus liturgicis, moralis theologiae, iuris canonici, quae Theologiae studiosis proponuntur, haud praeferantur capita, quae, peculiariter, ad principia et leges musicae sacrae, referuntur, et doctrinam circa artis sacrae esteticam, speciali quadam instructione absolvi curent, ne Clerici, e Seminario discedentes, his notionibus ad perfectam culturam ecclesiasticam necessariis, destituantur.

27. Apud Ecclesias principales, antiquae *Scholae Cantorum* denuo instituantur, quemadmodum, hac illac, optimo cum successu, factum est. Institutio harum Scholarum in minoribus Ecclesiis, et ruri, clero zelo flagranti, facilis evadet, nam, earum ope, medium aptis-

simum, pueros et adultos circa se adunandi, prostat, cum eorumdem profectu et cum populi aedificatione.

28. Omni meliori modo satagatur, ut Scholae superiores musicae sacrae iam existentes, tueantur et florescant, atque iis in locis, in quibus desunt, instituantur. Ecclesiae magni interest, ut ipsa Ecclesia, instructioni suorum magistrorum, organoëdorum et cantorum, iuxta sana artis sacrae principia, consulat.

IX.

Conclusio.

29. Postremo, Cappellae magistris, cantoribus, personis, de clero, Seminariorum, ecclesiasticorum insti-

tutorum et religiosarum Communitatum Praefectis, Parochis, et Ecclesiarum Rectoribus, Canonicis Collegiatarum et Cathedralium, ac praeprimis Ordinariis dioecesanis, cordi esto, ut has prudentes reformationes, iamdiu optatas et ab omnibus, communi sententia, exquisitas, favore prosequantur suo, ne auctoritas ipsa Ecclesiae, quae iterum iterumque eas proposuit et in praesenti urget, despectui habeatur.

Datus ex aedibus Apostolicis in Vaticano, die S. Caeciliae Virgini et Martyri sacro, 22. Novembris 1903, Pontificatus Nostri anno primo.

PIUS PP. X.

45.

Motu proprio o preosnovi cerkvene glasbe.

PAPEŽ PIJ X.

Mej dolžnosti pastirske službe, in sicer ne le najvišje te učiteljske stolice, katero smo zasedli, dasi nevredni, po nezapodljivem sklepu božje previdnosti, ampak tudi vsake posamezne cerkve, sodi nedvomno v prvi vrsti dolžnost, vzdržavati in gojiti krasoto hiše božje, kjer se opravljajo vzvišene skrivnosti naše vere, kjer se zbira krščansko ljudstvo, da prejema milosti zakramentov, da se udeležuje svete maše, da moli najsvetejši zakrament Rešnjega Telesa Kristusovega in da združuje pri javni in slovesni službi božji svoje prošnje s skupnimi cerkvenimi molitvami. Zato se v svetišču ne sme nič goditi, kar bi utegnilo kakorsikoli bodi motiti bogoljubnost in pobožnost vernikov ali jo vsaj kratiti, nič, nad čimer bi se kdo opravičeno spotikal ali pohujševal, čisto nič, kar bi naravnost nasprotovalo dostojanstvu in svetosti svetih opravil in bi se prav vsled tega ne spodobilo za hišo molitve in božjega Veličanstva.

Nočemo posegati v vse posamezne razvade, ki bi se utegnile v tem oziru navajati. Vso Svojo pozornost pa hočemo obrniti na jedno razvado, ki je pa izmed najbolj razširjenih, ki se najtežje dá odpraviti, ki se žal! nahaja pogosto tudi tam, kjer je vse drugo posebne hvale vredno, kakor na primer, lepota in krasota cerkve, veličastnost in dovršenost obredov, udeležba in pobožnost duhovnikov, ki tam službo božjo opravljajo. V mislih imamo žalostno stanje cerkvenega petja in cerkvene glasbe. In zares: dejstvo je, da se kaže ravno v tem, kar zadeva cerkveno glasbo, neko stremljenje, zapustiti pravo pot, ki je zaznamovana po namenu, ki ga je imela cerkev, ko je to umetnost pri službi božji dovolila, zapustiti ono pot, ki je dosti natančno zaznamovana v cerkvenih postavah, v naredbah splošnih in provincialnih zborov, v večkrat

izdanih odlokih svete rimske kongregacije in Naših prednikov papežev. Naj bo že tega kriva neka čudna posebnost te od nekdanj tako izpremenljive in negotove umetnosti, ali tekom časa polagoma se razvijajoče izpremenljivosti navad in okusa, naj se že pripisuje usodnemu vplivu, ki ga ima posvetna in gledališka glasba na sveto umetnost, ali naj se pripisuje prijetnemu občutku, ki ga glasba neposredneje vzbuja, kateri občutek se pa ne dá povsod brez večjega napore spraviti v prave meje, ali slednjič, da so tega krivi predsodki, ki se lahko vtihotapijo in se tudi pri uglednih in pobožnih osebah ukoreninijo.

V veliko veselje in zadovoljnost Nam je, da vidimo, koliko dobrega se je zgodilo v tem oziru v zadnjih desetletjih bodisi v Našem svetem mestu Rimu, bodisi v mnogih cerkvah Naše domovine, posebno pa pri nekaterih drugih narodih, kjer so se znameniti, za službo božjo navdušeni možje v soglasju s sveto stolico in pod vodstvom škofov združili v cvetoča društva in s tem skoro po vseh cerkvah in kapelah povzdignili svete glasbe nekdanjo čast. Toda ta vesela izprememba položaja še ni splošna. Če govorimo iz lastne izkušnje in če vpoštevamo mnoge pritožbe, ki so Nam došle v kratkem času, odkar naša neznatna oseba po volji Gospodovi opravlja rimski pontifikat, to najvišjo stopinjo duhovske oblasti: se nam zdi prva dolžnost, da takoj brez odlašanja povzdignemo glas in zavržemo ter obsodimo vse, kar v resnici nasprotuje zgoraj navedenim predpisom glede cerkvenih opravil in bogoslužnih dejanj. Resnično, Naša največja želja je, da bi zacvetel vsepovsod zopet pravi krščanski duh in se ohranil v srcu vseh vernikov. Da se pa to doseže, je v prvi vrsti potrebno gojiti svetost in lepoto hiše božje, kajti tam se zbirajo verniki prav

iz namena, da iz tega prvega in jedinega studenca zajemajo krščanskega duha, namreč dejansko udeleževanje presvetih skrivnosti in javne, slovesne cerkvene molitve. Zastonj je naše upanje, da bo prišel iz nebes obilen blagoslov v prospeh te zadeve, ako naše češčenje nasproti Bogu, mesto da bi se dvigalo kot prijeten duh kadila, daje Gospodu bič v roke, s katerim je že enkrat nebeški Zveličar nevredne skrunilce templja izgnal iz svetišča.

Da se v prihodnje ne bo nihče izgovarjal, češ njegove dolžnosti mu niso jasne, in da se vsi dvomi glede razumevanja nekaterih že izdanih predpisov odstranijo, mislimo, da je primerno, da na kratko razložimo načela, po katerih naj se uredi sveta glasba pri službi božji, in da pregledno sestavimo vse najmenitnejše predpise, katere je cerkev izdala zoper najbolj razširjene razvade v cerkveni glasbi. — Objavljamo ta pouk vsled proste odločitve in po dobrem premisleku in hočemo, da ima vsled popolne moči Naše apostolske avtoritete veljavo postave kot pravni zakonik za cerkveno glasbo in zavežemo vsakega s tem Našim pismom, da ga natančno izpolnjuje.

Predpisi gledé cerkvene glasbe.

I.

Splošna načela.

1. Kot bistveni del liturgične slovesnosti ima cerkvena glasba isti namen kakor liturgija v občé: čast božjo, kakor tudi posvečevanje in izpodbujanje vernikov. Ista pomaga povzdigovati slovesnost in lepoto cerkvenih obredov, in če prav je njen prvi namen, obleči v primerne melodije liturgični tekst, ki se ima podati vernikom, je vendar njen zadnji in pravi namen, povzročiti, da se tekst bolj okrepi, in tako more vernike bolj vnemati v pobožnosti in jih lepše pripravljati na prejem sadov milosti, ki so v zvezi s slovesnostjo presvetih skrivnosti.

2. Cerkvena glasba mora torej v najvišji meri obsegati one lastnosti, ki liturgijo splošno odlikujejo, namreč: svetost in lepoto zunanje oblike in, kar sledi iz obeh samo po sebi, splošnost.

Glasba mora biti sveta, to je, varovati se mora vsega posvetnega, ne le v načinu kompozicije, ampak tudi v petju.

Glasba mora biti prava umetnost, sicer nikakor ne more vzbujati v srcu onega učinka, radi katerega je cerkev glasbeno umetnost v svojo liturgijo vsprejela.

Glasba mora biti splošna t. j. smejo se sicer izražati v cerkvenih kompozicijah raznih dežel one posebnosti, ki spadajo k posebni nravi kakega naroda,

vendar se pa morajo splošnemu znaku cerkvene glasbe v toliko pokoriti, da na tujega poslušalca ne napravijo neugodnega vtiska.

II.

Vrste cerkvene glasbe.

3. Te lastnosti so v najvišji meri v gregorijanskem petju in vsled tega je tudi isto v besede najboljšem pomenu rimsko cerkveno petje. Samo to petje je cerkev od svojih očetov podedovala ter je hranila tekom stoletij z vso skrbnostjo v liturgičnih knjigah; to petje priporoča ljudstvu kot svoje lastno, to predpisuje izključno v posameznih delih liturgije. To petje so novejša raziskavanja, hvala Bogu, povzdignila na stopinjo prvotne čistosti.

Vsled tega je gregorijansko petje veljalo vedno za najpopolnejši zgled vsake cerkvene glasbe. Na tej podlagi je nastal po vsej pravici splošni zakon: Cerkevna kompozicija je tem svetejša in tem bolj liturgična, čim bolj se v svojem gibanju, v svojem mišljenju in okusu približuje gregorijanskim melodijam in nasprotno: čim bolj se oddaljuje od tega najpopolnejšega vzora, s tem manjšo pravico se sme uvajati v cerkev.

Starodavno, tradicionalno gregorijansko petje se mora radi tega še pogosteje rabiti pri službi božji. Vsak naj bo prepričan, da cerkveno opravilo prav nič ne izgubi na svoji slovesnosti, ako ga samo ta način glasbe spremlja.

Posebno je treba gledati na to, da se gregorijansko petje zopet ukorenini med ljudstvom, da se ljudstvo zopet dejansko udeležuje bogoslužnih opravil v cerkvi, kakor je to bilo prej v navadi.

4. Zgoraj omenjene lastnosti ima v veliki meri tudi klasična polifonija, zlasti ona iz rimske šole, ki je v 16. stoletju s Pierluigijem Palestrincem dosegla vrhunec svoje popolnosti, ki je pa tudi pozneje še ustvarila dela velike liturgične in glasbene vrednosti. Klasična polifonija se najbolj približuje najvišjemu vzoru cerkvene glasbe: gregorijanskemu petju. Ravno zato pa tudi zasluži, da se v zvezi z gregorijanskim petjem uporablja pri najslavesnejših liturgičnih opravilih cerkve, kakršne so slovesnosti papeške kapele.

Tudi ta (klasična polifonija) mora zadobiti večjo veljavo, posebno v glavnih bazilikah, katedralkah in v takih semeniščih ter cerkvenih zavodih, kjer ne manjka pogojev in sredstev.

5. Cerkev je vedno priznavala napredek umetnosti, dà, tudi podpirala ga je s tem, da je vse, kar je moč duha lepega in dobrega ustvarila tekom časa, porabila, seveda, v mejah liturgičnih pravil. Iz tega stališča se dopušča tudi moderna glasba v cerkvi, kjer je zmožna pokazati umotvore, ki jim glede lepote,

resnosti in dostojnosti nič ne manjka in ki se nikjer ne pregreše zoper duha liturgičnih slovesnosti.

Ker je pa vendar moderna glasba večjidel nastala iz profanih umotvorov, moramo biti pri njeni uporabi bolj previdni; le takim modernim kompozicijam bodi dovoljen vstop v cerkev, ki nimajo na sebi nič posvetnega, ki nikakor ne spominjajo na gledališke motive in ki tudi v svoji zunanji obliki nimajo s posvetnimi deli nič skupnega.

6. Med vsemi vrstami moderne glasbe najmanj ugaja uporabi pri službi božji oni gledališki slog, ki je prejšnje stoletje zlasti v Italiji posebno cvetel. Isti je diametralno nasproten gregorijanskemu petju in klasični polifoniji, torej tudi najiminentnejšemu in najvišjemu pravilu dobre cerkvene glasbe. Ves njegov notranji ustroj, njegov ritem in tako imenovani konvencionalizem so vzrok, da se ta vrsta glasbe nič ali vsaj prav malo klanja zahtevam prave liturgične glasbe.

III.

Liturgični tekst.

7. Pravi liturgični jezik rimske cerkve je latinščina. Vsled tega je prepovedano v domačem jeziku kake dežele peti pri slovesnih liturgičnih opravilih. Še mnogo manj se dovoljuje peti v domačem jeziku stalne ali pa menjajoče se dele pri maši in oficiju.

8. Ker liturgična pravila natančno določujejo tekste, ki se smejo uglasbiti, in ker določujejo tudi njih vrsto, ni dovoljeno vrste poljubno izpreminjati ali tudi predpisane tekste po svoji glavi zamenjavati z drugimi, ali jih popolnoma ali vsaj deloma izpuščati, če morebiti orgle, kar liturgične rubrike dovoljujejo, ne nadomeščajo petja nekaterih verzov — ki se pa morajo potem recitirati. Samo to je vsled navade rimske cerkve dovoljeno, da se pri slovesni maši, potem ko se odpoje „Benedictus“, poje motet v čast najsvetejšemu Zakramentu. Ravno tako je dovoljeno, da se doda še kratek motet, čigar tekst je cerkev potrdila ako se je pel „Offertorium“ tako, kakor je predpisano, in ako čas dopušča.

9. Liturgični tekst se mora tako peti, kakor kažejo knjige, ne da bi se besede prestavljale ali po nepotrebnem ponavljale. Zlogi se ne smejo trgati in vedno naj se poje tako, da bode ljudstvo umelo to, kar sliši.

IV.

Zunanja oblika cerkvenih kompozicij.

10. Posamezni deli maše in cerkvenih dnevnih časov morajo obdržati tudi v glasbenem oziru isto obliko in isti značaj, ki ga jim je nadelo cerkvena tradicija, in je najbolj izražen v gregorijanskem petju. Popolnoma različno se torej morajo glasbeno obravnati introit, graduale, antifona, psalm, himen, Gloria in excelsis itd.

11. Posebe se je treba ozirati na sledeča pravila:

a) Kyrie, Gloria, Credo itd. morajo tvoriti jednoto kompozicije, kakor to njih tekst zahteva. Torej ni dopuščeno komponirati jih tako, da posamni deli nimajo organične zveze, da vsak del zase tvori popolno celoto, da se more iz cele kompozicije izločiti in s čim drugim nadomestiti.

b) pri večernicah se moramo ravnati po naredbah „Caeremoniale Episcoporum“, ki za petje psalmov predpisuje gregorijansko petje in dovoljuje figurirano glasbo za Gloria Patri in za himen.

Pri večjih slovesnostih je pa vendar dovoljeno vplesti v gregorijansko petje kora takozvane falsi-bordoni ali slično komponirane verze.

Da, tudi se more včasih dovoliti cele psalme uglasbiti, da se le pri tem načinu glasbe ohrani lastnost psalmodije (odpevanja) t. j. če pevci navidezno odpevajo, naj že v popolnoma novih melodijah ali pa v takih, ki so vzete iz gregorijanskega petja ali so po njem posnete.

Za vedno so torej izključeni in prepovedani takozvani koncertni psalmi.

c) pri cerkvenih himnih naj se pazi na tradicionalno obliko. Torej naj se n. pr. kak Tantum ergo nikar tako ne komponira, da bi bila prva kitica romanca, kavatina ali adagio, druga pa allegro.

d) antifone pri večernicah naj se redoma pojó v njim navadnih gregorijanskih melodijah. Ako jih kdo hoče o posebni priliki uglasbiti, tedaj ne smejo imeti oblike koncertne melodije in tudi ne smejo po obsegu postati moteti ali kantate.

V.

Pevci.

12. Vse liturgično petje, izvzemši ono, kar poje duhovnik ali strežniki pri altarju, in ki naj se poje ravno raditega v gregorijanski melodiji in brez spremeljevanja orgel, je pravzaprav lastno zboru levitov; radi tega zastopajo vsi oni, ki pri službi božji pojó, tudi če so laiki, mesto pevcev cerkvenega zbora. Zato naj ima njihova glasba, vsaj večjidel, znak koralne glasbe in koralnega petja.

S tem pa petje solistov ni izključeno. Vendar naj pri liturgičnih opravilih ne prevladuje tako, da bi se večji del liturgičnega teksta tako pel; temveč mora imeti na sebi značaj preproste melodične fraze in bodi kar najtesneje združen z ostalimi deli kompozicije, namreč s koralnim petjem.

13. Iz istega principa (da opravljajo pevci službo levitov) pa tudi sledi, da pevec opravlja liturgično opravilo, in da se ravno vsled tega ženskam, ki vendar niso zmožne take službe, ne more dopustiti, da bi sodelovale na koro ali pri godbenem zboru. Ako se

torej hočejo uporabiti visoki sopran- ali alt-glasovi, naj se isti po starodavni šegi cerkve izpopolnijo po deških glasovih.

14. Končno naj se k sodelovanju pri cerkveni glasbi privzemajo samo možje, ki so res pobožni in pošteno živijo, ki se po svoji skromnosti in lepem vedenju med liturgično službo božjo kažejo vredne svete službe, ki jo opravljajo. Lepo se poda, da pevci, ko pojó v cerkvi, nosijo duhovniško obleko in koretlje ter da so z mrežo zavarovani, ako je pevski zbor le preveč izpostavljen pogledom ljudstva.

VI.

Orgle in instrumenti.

15. Prava cerkvena glasba je pravzaprav vokalna glasba. Vendar je dovoljena tudi glasba s spremljevanjem orgel. Dà, pri posamnih posebnih prilikah se smejo v postavnih mejah in vpoštevaje pristojne ozire, rabiti tudi drugi instrumenti. Vendar se pa to ne sme nikdar zgoditi brez posebnega dovoljenja škofovega, kakor zahteva „Caeremoniale episcoporum“.

16. Prevladovati mora vedno petje, orgle ali instrumenti naj ga spremljajo, ne smejo ga pa uduševati.

17. Ni dovoljeno začenjati petje z dolgimi preludiji, niti ga prekinjati z dolgimi medigrami.

18. Orglanje naj se pri spremljanju petja v preludijih in medigrah i. t. d. ne prilagodi samo naravi instrumenta, ampak naj zadostuje tudi vsem onim zahtevam, katere moramo, kakor zgoraj povedano, staviti na dobro cerkveno glasbo.

19. Poraba klavirja v cerkvi je prepovedana, ravno tako uporaba šumečih in veseljaških instrumentov, kakor mali in veliki boben, pavke, zvončki i. dr.

20. Najstrožje je prepovedano igranje takozvanih band; samo izjemoma, če je škof pripustil, naj se dovoli, uporabiti omejeno, kraju primerno in prikladno število pihal; vendar naj se dotična glasbena točka in spremljanje, katero naj izvršujejo, vprizori na resen, veličasten in z orglami popolnoma soglašajoč način.

21. Pri procesijah zunaj cerkve lahko z dovoljenjem škofovim igra banda, vendar pa ne sme nikdar igrati posvetnih komadov. Želeti bi bilo, da bi se godba ob takih prilikah omejila na spremljanje kake latinske ali v domačem jeziku zložene cerkvene pesmi, katero nasvetujejo pevci ali verska društva, ki se udeležujejo procesije.

VII.

Trajanje liturgične glasbe.

22. Ni dovoljeno, da bi petje na koru ali sviranje na instrumente mašnika pri altarju mudilo dalje časa, nego to dopuščajo liturgični obredi. Po cerkvenih

predpisih se mora „Sanctus“ končati pred povzdigovanjem. — Seveda se mora tudi mašnik, ki ima opravilo, ozirati na pevce, „Gloria“ in „Credo“ bodita po gregorijanski tradiciji razmerno kratka.

23. Sploh se mora to kot huda zloraba zavreči, ako pri cerkvenih slovesnostih liturgija igra ulogo neke glasbi podrejene postranske stvari, med tem ko vendar glasba tvori le en del liturgije in ji mora služiti kot ponižna dekla.

VIII.

Glavna sredstva za povzdigo cerkvene glasbe.

24. Naloga škofov je poskrbeti, da se natančno izvršuje, kar smo tukaj zapovedali. Sestavijo naj tam, kjer se to že ni zgodilo, posebno komisijo mož, ki imajo kompetentno sodbo v glasbenih stvareh. Ta komisija imej nalogo, da v smislu naredb in ukrepov škofovih čuva nad glasbo, ki se proizvaja v raznih cerkvah. In ista ne sme paziti samo na to, da je glasba sama na sebi dobra, ampak tudi na to, da odgovarja močem pevcev in da se vedno dobro proizvaja.

25. V duhovskih semniščih in drugih cerkvenih zavodih naj se v smislu določb tridentskega zbora z vso pridnostjo in ljubeznijo goji že pohvalno omenjeni tradicionalni gregorijanski koral. Predstojniki naj ne bodo preveč varčni z navduševanjem in s hvalo svojih mladih podložnikov. Ravnotako naj se med kleriki, kjer je to mogoče, ustanovi pevska šola za proizvajanje svete polifonije in dobre cerkvene glasbe.

26. Pri navadnem pouku v liturgiji, moráli in cerkvenem pravu, ki se daje bogoslovcem, naj se ne prezre prilika, dotakniti se onih točk, ki so tesno zvezane z načeli in postavami cerkvene glasbe. Izkuša naj se studij cerkvene glasbe izpopolniti s posebnim poukom o estetiki svete umetnosti, da kleriki morebiti ne bodo zapustili semenišča, ne da bi bili o teh popolni cerkveni izobrazbi neobhodno potrebnih stvareh kaj slišali.

27. Tudi na to se obračaj pozornost, da se vsaj v glavnih cerkvah ustanové nekdanje pevske šole, kar se je že na mnogih krajih z najboljšim uspehom zgodilo. Goreči duhovščini ne bo težavno, ustanoviti take šole tudi pri manjših cerkvah, dà, celo na deželi. Pri tem bo lahko dobila sredstvo, da zbira krog sebe otroke in odrastle, v njih lastno korist, vernemu ljudstvu pa v izpodbudo. —

28. Izkuša naj se tudi že obstoječe višje šole za cerkveno glasbo po najboljših močeh podpirati in jih pomagati ustanavljati tam, kjer jih še ni. Posebno važno je, da prevzame cerkev sama vzgojo in poučevanje svojih pevovodij, organistov in pevcev in jih vodi v smislu pravih in resničnih načel svete umetnosti.

IX.

Sklep.

29. Naposled pa polagamo na srce pevovodjem in pevcem, duhovščini in predstojnikom semenišč, cerkvenim zavodom in redovom, kakor tudi župnikom in cerkvenim predstojnikom, kanonikom pri kolegialskih in katedralnih cerkvah, posebno pa škofom, da podpirajo z vso vnemo to dobro premišljeno, davno

zaželjeno in od vseh strani jednoglasno zahtevano preosnovo cerkvene glasbe, da cerkvena oblast, ki je te predpise že večkrat izdala in jih zdaj iznova zabičuje, ne pade v zasmehovanje.

Dano v Naši apostolski palači v Vatikanu na praznik sv. device in mučenice Cecilije, dné 22. novembra 1903, v prvem letu Našega pontifikata.

Papež Pij X.

46.

SS. Rituum Congregationis Decretum Urbis et Orbis de Motu proprio circa musicam sacram.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X. *Motu Proprio* diei 22. Novembris 1903 sub forma *Instructionis de musica sacra* venerabilem Cantum Gregorianum iuxta codicum fidem ad pristinum Ecclesiarum usum feliciter restituit, simulque praecipuas praescriptiones ad sacrorum concentuum sanctitatem et dignitatem in templis vel promovendam vel restituendam in unum corpus collegit, cui tamquam *Codici iuridico musicae sacrae* ex plenitudine Apostolicae Suae Potestatis vim legis pro universa Ecclesia habere voluit. Quare idem Sanctissimus Dominus Noster per hanc Sacrorum Rituum Congregationem mandat et praecipit, ut *Instructio* praedicta ab omnibus accipiatur Ecclesiis sanctissimeque servetur, non obstantibus privilegiis atque exemptionibus quibuscumque, etiam speciali nomine dignis, ut sunt privilegia et exemptiones ab Apostolica Sede maioribus Urbis Basilicis, praesertim vero Sacrosanctae Ecclesiae Lateranensi concessa. Revocatis pa-

riter sive privilegiis sive commendationibus, quibus aliae quaecumque cantus liturgici recentiores formae pro rerum ac temporum circumstantiis ab Apostolica Sede et ab hac Sacra Congregatione inducebantur, eadem Sanctitas Sua benigne concedere dignata est, ut praedictae cantus liturgici recentiores formae in iis Ecclesiis, ubi iam invectae sunt, licite retineri et cantari quaeant, donec quamprimum fieri poterit venerabilis Cantus Gregorianus iuxta codicum fidem in eorum locum sufficiatur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

De hisce omnibus Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X. huic Sacrorum Rituum Congregationi praesens Decretum expediri iussit. Die 8. Januarii 1904.

Seraphinus Card. Cretoni,
S. R. C. Praefectus.

(L. † S.)

Diomedes Panici, Archiep. Laodicen.,
S. R. C. Secretarius.

47.

Decretum Strigonien. seu Cassovien. Beatificationis seu Declarationis martyrii venerabilium Servorum Dei Marci Crisini, Canonici Strigoniensis; Stephani Pongracz*) et Melchioris Grodecz, sacerdotum e Societate Iesu.

SUPER DUBIO:

»An constet de martyrio eiusque causa, itemque de signis seu miraculis martyrium ipsum illustrantibus in casu et ad effectum de quo agitur.«

Effusus diu lateque Christi martyrum sanguis tam illustrem Ecclesiae historiam comparavit, ut huic aemulae caelestis Hierusalem commode possint verba regii vatis aptari: »*Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei.*« Dum

vero, ut habet Augustinus, »*sanguine martyrum suorum Ecclesiae corpus ornatur*«, (Serm. 41 de Pass. Dom.) recordatio illa invictae fortitudinis atque constantiae ad fidem roborandam, ad fovendam pietatem mire conducit, excitatque memoriam Paulinae sententiae: »*non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis.*« Eorum ingenti numero, unde admirabilis huiusmodi historia coalescit, tres hodie adiiciuntur, Cassoviae ab haereticis in odium

*) Znamenito za našo škofijo je proglašenje jezuita P. Štefana Pongraca blaženim. Ta član Jezusove družbe je bil nekaj časa profesor na jezuitskih šolah v Ljubljani. Leta 1615. je bil od ljubljanskega škofa Tomaža Hrena v Gradcu posvečen, in sicer dne 14. marca v subdiakona, dne 4. aprila pa v diakona.

religionis peremti anno MDCXIX. Sunt autem hi *Marcus Crisinus* canonicus Strigoniensis, *Stephanus Pongraczius* *Melchior Grodeczius*, ambo sacerdotes e Societate Iesu.

Marcus Crisinus, Romae olim Collegii Germanici alumnus, deinde in Graecensi Academia philosophiae doctor, vitae modestia, gravitate morum et studio religionis eluxit. Is, quum aliquot annos Strigoniensi Seminario magna eruditionis et virtutis laude praefuisset, in Canonicorum eius loci collegium adscitus est. Inde dimissus, ut Seminarii Hungarici curam suscipere, quum in id negotii diligentissime incumberet, nactus est occasionem martyrii ex Germanico bello ab haereticis excitato saeculo XVII, atque adeo ex Bohemica illa perduellione anni MDCXVIII, quae brevi Moraviam Lusitiam, Silesiam, Hungariam, ipsamque Austriam in perfidiae societatem traxit.

Ineunte mense Septembri anni MDCXVIII, quum percrebuisset rumor imminere Cassoviae copias haereticorum, horumque excitata factio in seditionem erumperet, divexans maxime sacerdotes, Marcus Crisinus accessit patribus Stephano Pongraczio Hungaro et Melchiori Grodeczio Silesio, quos regius ille dux una cum Cassoviensibus catholicis expetiverat, ut christiana ibi negotia procurarent. Etsi autem hi sancti viri ministerii sui causa absentes periculum vitare poterant, nihilominus, ubi ancipitem didicere catholicorum statum, statim ad aciem, seu potius ad certissimam mortem convolarunt.

Ibi non diu se impiorum ira continuit. Nam statim indictum est Venerabilibus Dei Servis ne domo pedem efferrent; tum, circumsepta militibus aede, omnes ab illorum accessu prohibiti, ipsique subsidio quovis ac cibo destituti. Tandem in pervigilio nativitatis Deiparae, haereticorum satellites noctu in Christi confessores impetum faciunt. Atque occurrentis primum Stephani pectus ferrea clava percutiunt; resupinum semianimum prosternunt; inde nudant, eiusque manibus revinctis post terga, faces lateribus admovent, ad usque detecta viscera ustulant, membra per summam ignominiam exsecant, pede contundunt circumducto capiti loro arctissime, ut oculi exilire viderentur, volutatum in proprio sanguine trahunt; etiamtum spiranti duobus gravissimis vulneribus caput sauciant. Ad ultimum fessi mortuumque hominem rati in proximam cloacam detrudunt, ubi horas viginti vitam morte peiorem produxit ea fortitudine atque constantia, ut aedituum forte illac transeuntem ad fidei firmitatem cohortari non dubitaverit. Eadem propemodum, nec minori animi vi, passi sunt Marcus et Melchior, et ipsi ustulati, exsecati, contusi in cloacam proiecti, uno exitus discrimine, quod hi abscisso capite occubuerunt.

Vulgata, eademque constans opinio martyrii, et gloriae Venerabilium Servorum Dei splendidiore luce

perfusa ob signa complura, seu prodigia, praesertim quae circa ipsorum gloriosum sepulcrum edita sunt, brevi effecerunt ut de horum martyrio institueretur actio, et canonicae inquisitiones tum auctoritate Ordinaria tum Apostolica fierent. Quibus rite confectis iisdemque habitis legitimis, validis in Ordinario coetu S. Rituum Congregationis pridie calendas Martias anno MDCCCLXVIII ad Vaticanum coacto, et PP. Cardinalium sententia confirmata a SS.mo Domino Nostro Pio PP. IX. fel. rec. sexto idus Martias eiusdem anni; instaurata causa est, ac de Summi Pontificis Leonis XIII. fel. rec. venia peculiari ordini PP. Cardinalium commissa, de qua sententiam proferrent. In eo coetu habito decimo-sexto calendas Quintiles anni mox elapsi in Aedibus Vaticanis quum propositum fuisset Dubium: »*An constet de martyrio eiusque causa, Venerabilium Servorum Dei Marci Crisini Canonici Strigoniensis, Stephani Pongracz et Melchioris Grodecz itemque de signis seu miraculis martyrium ipsum illustrantibus in casu et ad effectum de quo agitur*«, omnes qui aderant R.mi Cardinales et Officiales Praesules latis suffragiis constare censuerunt. Verum SS.mus Dominus Noster Pius PP. X. recens ad Petri cathedram evectus, quem providentissimus Deus uti Christianis solatio dedit, sic diutissime sospitem servare gratulantis Ecclesiae bono et sanctorum suorum gloriae velit, auditis omnibus, quae a R.mo Cardinali Seraphino Cretoni S. RR. Congregationi Praefecto fideliter ad Ipsum relata sunt, a supremo Suo proferendo iudicio supersedendum duxit, graviterque perpendens quanti res ponderis esset, spatium Sibi sumpsit divinae opis implorandae.

Tandem hac die quae ad anniversariae lucis declarationis Christi celebritatem illuxit, Idem SS.mus Pater, sacris ante religiosissime operatus, ad Se accivit Rmos Cardinales Seraphinum Cretoni S. R. Congregationi Praefectum et Andream Steinhuber causae Relatorem una cum R. P. Alexandro Verde S. Fidei Promotore meque infrascripto Secretario, iisque praesentibus solemniter pronunciavit: »*Ita constare de martyrio eiusque causa, itemque de signis seu miraculis martyrium ipsum illustrantibus praedictorum Venerabilium Servorum Dei Marci Crisini Canonici Strigoniensis, Stephani Pongracz et Melchioris Grodecz Sacerdotum e Societate Iesu, ut procedi possit ad ulteriora in casu et ad effectum de quo agitur.*«

Hoc autem Decretum vulgari et in acta S. Rituum Congregationis referri iussit VIII idus Ianuarias, anno MDCCCIV.

Seraphinus Card. Cretoni,
S. R. C. Praefectus.

L. † S.

† **Diomedes Panici, Archiep. Laodicen.,**
S. R. C. Secretarius.

Decretum Strigonien. seu Cassovien. Beatificationis

seu Declarationis martyrii venerabilium Servorum Dei Marci Crisini, Canonici Strigoniensis; Stephani Pongracz, Melchioris Grodecz, sacerdotum e Societate Iesu.

SUPER DUBIO:

»An, stante approbatione martyrii et causae martyrii signis ac miraculis a Deo illustrati et confirmati, tuto procedi possit ad solemnem Venerabilium Servorum Dei Beatificationem.«

Reparator omnium Iesus Christus, qui, committens Apostolis munus procurandae hominum salutis, ait: »Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos«, dum aperte praenunciat quid sit ab iis expectandum, qui veniunt in vestimentis ovium ut gregem furentur et mactent et perdant, Idem plane docet quae sint boni pastoris partes, quo studio tueri gregem oporteat divini sanguinis pretio redemptum, qua alacritate pro eiusmodi causa pericula sint atque ipsa mors obeunda: »Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis.« Huic obtemperantes voci, ab Ecclesiae primordiis ad hos usque dies, ex iis quos fatue mundus abhorret prope innumerabiles extiterunt. Hi »Facti omnium peripsema« propter Christum, spoliati, oppressi, exagitati, impietatis conatibus obstiterunt impavidi, vires omnes conferentes ad fidem tuendam, quam suo tandem sanguine confirmarunt. Gloriosum hoc album augent fortissimi viri tres, Marcus Crisinus, Canonicus Strigoniensis, ortus Crisii, Croatiae in urbe principe, anno, uti creditur, MDLXXX, cum eoque Stephanus Pongracz Hungarus et Melchior Grodecz Silesius, uterque tam bene merita simulque tot criminationibus temere impetitae Societatis Iesu sodales.

Tristes Cassoviensi urbi totique viciniae saeculo XVII. agitabantur dies propter incendium funesti belli, quod, a rebellibus Bohemis primo excitatum, Hungariam quoque superiorem invaserat. Quo gliscente tumultu error impune grassabatur, occupatisque per nefariae factionis sectatores catholicis templis, eo res religionis devenerant, ut vere nova esset »abominatio desolationis in loco sancto«. Mediis iis fluctibus intrepidi sese obiecerunt Venerabiles Dei Servi, qui forte haud procul Cassovia degentes apostolici muneris causa, ubi primum senserunt huic urbi gravius imminere periculum, etsi satis conscii quae sibi barbari tortores pararent, eo statim convolarunt. Ibi comprehensi, quaestioni de fide subiecti sunt, adhibitis una cum minis etiam illecebris, quibus, si fieri posset, ad eiurandam catholicam religionem permoverentur. At fortissimi Christi milites quum immobiles in fide persistenter, seque vitam pro ovibus libenter duros profiterentur, impiorum iram sic incenderunt, ut nullum ferme acerbitatis genus hi praetermiserint, quo truculentior ipsis pararetur interitus. Itaque, tridui fame quasi enecti, nudantur, vincuntur,

raptantur, per contumeliam exsecantur, igneae ballistae rotula cruciantur, atteruntur; lateribus admoventur faces, adeo ut, exesa carne, ossa et viscera pateant; obtruncantur Marco et Melchiori capita suisque cum corporibus in cloacam proiciuntur una cum semianimi Stephano, qui horas prope viginti medio in illo sordium nidore immanique corporis cruciatu iacuit, antequam extremum anhelitum duceret. Horum martyrii, quod accidit in pervigilio nativitatis Deiparae anno MDCXXI fama longe lateque diffusa praeclarisque illustrata signis, Pius X. P. M., ex SS. RR. Congregationis consulto VIII. idus ianuaris hoc ineunte anno MDCCCCIV de ipso martyrio eiusque causa et signis martyrium ipsum confirmantibus constare edixit. Id unum erat reliquum ut inquireretur utrum caelitus Beatorum honores *Tuto* praedictis martyribus decerni possent. — Itaque in conventu universo habito coram Sanctissimo Domino Nostro septimo calendis huius mensis quum Reverendissimus Cardinalis Andreas Steinhuber causae Relator dubium proposuisset: »An stante approbatione martyrii et causae martyrii signis et miraculis a Deo illustrati et confirmati *Tuto* procedi possit ad solemnem horum Venerabilium Servorum Dei Beatificationem«, Reverendissimi Cardinales et PP. Consultores suam singuli protulere sententiam; Sanctissimus Dominus Noster vero, etsi comperta assertorum signorum veritate, solemne Suum iudicium distulit in alium diem.

Hodierna vero die, Dominica prima in Quadragesima, idem Sanctissimus Dominus, sacris pientissime operatus, nobiliorem aulam Vaticanae aedis ingressus et pontificio solio assidens, accersiri iussit Reverendissimos Cardinales Seraphinum Cretoni S. Rit. Congregationi Praefectum, eiusve loco et vice Aloisium Tripepi ipsius S. R. C. Pro-Praefectum, et Andream Steinhuber causae Relatorem, una cum R. P. Alexandro Verde Sanctae Fidei Promotore meque infrascripto a secretis, iisque adstantibus solemnem decreto sanxit: »*Tuto procedi posse ad solemnem Venerabilium Servorum Dei Marci Crisini, Stephani Pongracz, Melchioris Grodecz Beatificationem.*« Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. R. C. referri litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificatione quandocumque celebranda expediri mandavit decimo calendis martias, anno MDCCCCIV.

Seraphinus Card. Cretoni,
S. R. C. Praefectus.

L + S.

Diomedes Panici, Archiep. Laodicen.,
S. R. C. Secretarius.

49.

Duhovne vaje.

Skupne duhovne vaje za duhovnike se prično letos dne 29. avgusta zvečer ter se končajo dne 2. septembra zjutraj. Vabi se torej častita duhovščina, da se jih udeleži v prav obilnem številu.

Častiti gospodje, ki nameravajo priti k duhovnim vajam, naj o tem svojem namenu kmalu obvesté častite dekanijske urade, da morejo le-ti sem poročati že do 20. avgusta t. l.

50.

P. t. gospodom duhovnikom.

1. Pouk mater v smislu sinodalnih določb (Synodus str. 12, Škof. List 1904, str. 64) naj se prične na sopraznik sv. Ane in onda pogumno nadaljuje. „Duhovni Pastir“ prinaša dotične izdelane načrte, katere naj p. t. gg. duhovni po potrebah in okolnostih vporabijo.

2. Nov molitvenik: „Molitvenik in pouk o pobožnosti presv. Srca Jezusovega“, izdal in založil dr. Anton Bonaventura Jeglič, knezoškof ljubljanski. V Ljubljani 1904. Tiskala „Katol. tiskarna“, je ravnokar dogotovljen. V prvem delu je kratek pouk o pobožnosti do presv. Srca Jezusovega (str. 1–142); namen je, da bi se ta prepotrebna pobožnost bolje razumevala in potem tudi prav vsem, posebno moškim, še bolj priljubila. V drugem delu je molitvenik, ki naj služi za pouk in za razna duhovna opravila (str. 143 do 305). Molitvenik je male oblike, da se

prav lahko vžep vtakne in se zato posebno mladeničem priporoča. Tisek je lep in razločen, prav lahko se čita. Vešan je v usnje na tri načine in velja: a) z rudečim obrezom 1 K 20 v, b) z zlatim obrezom 1 K 60 v in c) z mehкими platnicami 2 K. Dobi se v „Katoliški bukvarni“.

3. V rokopisu je dogotovljenih 33 prav lepih in lahko umljivih premišljevanj o presv. Srcu Jezusovem kot poznejši poučen dodatek, kako naj se presveto Srce Jezusovo v dejanju časti. Izide okolu novega leta; dodá se molitvenik. Ako bode ugajala oblika sedanjega molitvenika, izdá se v isti obliki; ako ne bi ugajala, izbere se druga.

V Ljubljani, dne 13. julija 1904.

Ordinarijat.

51.

Konkurzni razpis.

Razpisujejo se župnije: Češnjice v moravški dekaniji; Draga (Suchen) v ribniški dekaniji; Polom (Ebenthal) v kočevski dekaniji; Smednik v kranjski dekaniji. — Prosvici za župnije Češnjice, Drago in Polom naj naslové svoje prošnje na veleslavno

c. kr. deželno vlado v Ljubljani; za župnijo Smednik pa na prečastiti stolni kapitelj cesarske ustanove v Ljubljani.

Kot zadnji rok za vlaganje prošenj se s tem določi 6. dan avgusta 1904.

52.

Škofijska kronika.

Župnija Dražgoše je podeljena ondotnemu župnemu upravitelju č. gosp. Frančišku Bonceljnu; župnija Črmošnjice pa č. g. Jakobu Lebarju, župniku v Polomu (Ebenthal).

Č. g. Anton Jarc, namestni gimnazijski učitelj, je dekretiran kot župni upravitelj na Savo.

Stalni pokoj je dovoljen č. g. Janezu Karlinu, župniku v Smedniku.

Umrla sta čč. gg.: Anton Lombard, začasno upokojen kapelan v Cerkljah pri Krškem, dne 28. junija 1904 na Trsteniku; Martin Molek, župnik na Savi, dne 30. junija 1904.

Priporočata se v molitev častitim gospodom duhovnim sobratom.

Knezoškofijski ordinarijat v Ljubljani, dne 13. julija 1904.